Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mas

50

pauet nos et quis ingrediet domos nras · et visitabit sup
tus uerta fructui studiorum uestrorum dicit dns Et suscitabit ignem
i salu eius et deuorabit oia i circuitu eius

XXVII

Et dixit dns descende i domu Regis Juda et loqris ibi
uerbu hoc et dicas · audi uerbu dni rex Juda q sedes sup
solium David tu et serui tui et pplus tuus q ingdimini p portas
istas Hec dicit dns facite iudicium et iustitiam et liberate ui oppsu
sum de manu calumpniatoris · et aduenam et uiduam et pupillum
nolite contristare nec oppimatis inique et sanguem innocentem ne
effundatis in loco isto Si enim facientes feceritis uerbum istud ingdient
p portas domus huius Reges sedentes de gnie David sup
thronum eius et ascendentes curribus et equis ipi et serui et
pplus eorum Qd si non audieritis uba hec i memipso iurauit dicit
dns · qr i solitudinem erit domus hec · qr hec dicit dns sr domui
Regis Juda Galaad tu mihi caput Libani si non posuero te solitudinem
urbes inhabitabiles et sanctificabo super te interficientes uniu et
arma eius et succidet electa cedrum tua et proiicient i ignem ·
Et pertransibunt gentes multe p Ciuitate hac · et dicet unusquisq
proximo suo Quare fecit dns sic Ciuitati huic grdi · et respon
debunt eo q dereliquerunt pactum dni dei sui et adorauerunt deos alienos
et seruierunt eis Nolite flere mortuum nec lugeatis eum fle
te plangite eum q egredit qr non reuertet ultra nec uidebit ter
ram natiuitatis suae · qr hc dicit dns ad Sellum filium Josie Regem Juda
qui regnauit p Josia patre suo Qui egressus e de loco isto non
reuertet huc amplius sed i loco ad quem transtulerunt eum ibi morietur ·
et terram istam non uidebit amplius · Ve qui edificat domum sua
i iniustitia et cenacula sua non i iudicio Amicum suum opprimet
frustra · et mercedem eius non reddet ei · qui dicit Edificabo mihi
domum latam et cenacula spacosa · Qui aperit sibi fenestras et
fecit lacunaria cedrina pingitque sinopide · Numquid regnabis
qui conferis te cedro Pater tuus nonne comedit et bibit et
fecit iudicium et iustitiam tunc bene erat ei iudicauit causam pauperis
et egeni i bonum suum · nonne hoc est cognoscere me dicit dns ·
Tui vero oculi et cor non sunt nisi super auaritiam tua et ad sanguinem innocentem
fundendum et ad calumpniam et ad cursum mali operis